



34

DISPUTATIONUM THEO- LOGICARUM DE **SACRIFICIIS** **SATISFACTIONIS CHRI-** **STI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-** **DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-** **MISSIMIS.**

Adversus recentiores Arianos seu Photinianos, Satisfactionem CHRISTI omnem pernegan tes

SEPTIMA,

Quod sacrificia nunquam simul & semel in pluribus, sed
semper in uno loco tantum ordinariet, & quidem non nisi in loco divini-
tus ad hanc rem specialiterque deputato celebrari debuerint.

Quæ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo Arcis
ad d. 7. Junij, Anno c I o I o c x y, in inclusa VVitteber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VWOLFGANGO FRANZIO, S.S. Theologiæ Doctore & Profess. Publico

RESPONDENTE

M. MARCO MATTHÆO, Witeb.
Facultat. Philosoph. Adjuncto.

Vviteberga, Typis Johannis Gormanni.

DISPUTATIONUM THEO-

LOGICARVM

DE

SACRIFICIIS

SATRIPACITIONIBUS CHRI-

STI PROTECCIONIBUS MUN-

DI PRESTITE TUTIE FIR-

MISIMIS.

ENTITIA

Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 159



l'anno 1590. In libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.

In Cod. Aeneas 111. fol. 12 recto in libro eiusdem, 1590. In libro eiusdem, 1590.



Liv. Oct.

L

Expendemus Problema aliud ex Problematis sacrificialibus, & quidem illud,
Quod sacrificia nunquam simul & semel in pluribus, sed semper in uno tantum loco Ordinari & quidem non nisi in loco divinitus Propositio.
ad hanc rem specialiter deputato celebrari debuerint.

II. Hic quoq; Syllogismo proposito rem istam omniae majoris perspicuitatis gratia complecti collaborabimus, & quidem isto:

Si Deus severissime per Mosen prohibuit, tum ne intra privatos parietes peragerentur sacrificeationes, tum i.e. in quovis loco publico passim sacrificia fierent, si item ante Mosen Patres, qui jussu DEI legitima instituerunt sacrificia, non tamen unquam sacrificarunt vel in Europa vel in Africa vel in America, sed semper tantum intra illas Asie angustias, quae Judaei fines attingunt, TVM utiq; DEI voluntas nunquam alia fuit, quam haec, ut in nullo alio praeter illo definito loco gravissimis & sapientissimis de causis sacrificia divina publice legitimeq; tractarentur.

Sed prius omne verissimum mox deprehenderetur, Ergo verissimum quoq; manebit illud posterius.

Quod Deus severissime prohibuerit, ne intra privatos parietes aut etiam in quovis loco publico sacrificia celebrarentur.

III. Quod DEI severissima haec fuerit voluntas, ne intra privatas domos ullae celebrarentur sacrificeationes, patet Levit. 17. Verba sunt per se clarae in hunc modum: *Iste est sermo quem mandavit Dominus dicens, Quicunque de domo Israël mactayerit bovem aut agnum*

aut capram in castris vel extra castra, & non adduxerit eum ad ostium tabernaculi, ut offerat oblationem Iehovae coram tabernaculo Iehovae, sanguis imputabatur viro illi. Sanguinem effudit vir ille, excideruntque e medio populi sui, Ideo afferant filii Israël sacrificia sua quæ mactaturi sunt viro sacrifici in agro Iehovæ ad ostium tabernaculi, ad sacerdotem, & sacrificent sacrificia pacificorum Iehovæ, spargetque sacerdos sanguinem ad altare Iehovæ, ad ostium tabernaculi Ecclesie, & adolebit adipem in odorem quietis Iehovæ, & nequaquam sacrificabunt VLTRA sacrificia sua pilosis (vel Dæmonibus,) cum quibus fornicati sunt. Hactenus verba præcepti Iehovæ usq; ad vers. 8.

IV. Statim autem versu 8, 9. repetitur breviter eadem sententia divina: *Dices illis: Quicunque è domo Israël aut de peregrinis, qui peregrinantur in medio vestri, obtulerit holocaustum aut sacrificium, & ad ostium tabernaculi Ecclesie non adduxerit illud ad faciendum illud Iehovæ, tunc excidetur vir ille è populis suis. Hæc ibi quoq;*

V. *Sensus quidem verborum priorum omnium poterit genuinus esse ille, quod DEUS ostendat, se extremè odisse omnes illos, quotquot intra privatos parietes Dijs gentium vel Dæmonis sacrificari. Quod enim etiam Israelites privatam idolatriam cum dæmonibus exercete soliti fuerint, planum redditur ex hoc ipso jam recitatio textu & quidem illis verbis, Nequaquam sacrificabunt VLTRA vel AD HVIC sacrificia sua dæmonibus. Si enim debent Israelites non amplius privatim sacrificare dæmonibus sua sacrificia, tum utiq; hactenus sacrificia sua obtulerunt dæmonibus: ut interim de alijs probationibus superfedeamus.*

VI. *Etsi vero priora verba sensum jam indigitatum gignere poterunt; tamen posteriora sunt generaliora & prorsus nulla domestica sacrificia facienda esse declarant. Sed ut ad utrumq; oculum res eadem manifestius proponatur, ecce tibi, lector optime, locum evidentissimum Deuter. 12.*

VII. *Verba sunt haec: Perdendo perdetis OMNIA LOCA, IN QVIBVS servierunt gentes, quas vos possessuri estis, Diis suis SUPER montes excelsos & SUPER colles & SUPER OMNI ARBORE VIRIDI, diruetisq; aras earum, & statuas earum confringetis, LVCOS item earum comburetis igne, & sculptilia Deorum earum concideritis, perdetisq; nomen earum è loco ipso.*

NON

*Israelites sa
crificare
demonibus.*

NON FACIETIS SIC IEHOVÆ DEO VESTRÓ, SED
LOCVM, quem elegerit Jehova DE US vester de cunctis tri-
bubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, ut habiteret ipse, require-
tis & venietis illuc, & adducetis eò holocausta vestra, & sacrificia
vestra &c.

IX. Pergit 3. &, NON FACIATIS SIC Jehovæ Deo ve-
stro, (*inquit*, nimisrum quod suggestunt explicationis loco quam
proximè antecedentia,) QVEMADMODVM gentes servierunt
Dijs suis SVPER Montes excelsos, super colles & sub OMNI
ARBORE VIRIDI,

IX. Quin & ut adhuc clarius mentem suam exponeret de hac ipsa re,
addit haec sequentia DEVS illic ibidem: NON FACIETIS (IVXTA
OMNIA, quæ nos facimus, HIC HODIE) singuli quicquid re-
ctum est in oculis suis, Non enim VENIS TIS HVCVS QVE ad
reliquum & hæreditatem, quam Jehova DE US meus dat vobis:
sed transibitis Jordanem, & habitabitis in terra quam Jehova
DE US vester dat vobis, confidenter, TVNC ad eum locum
quem elegerit Jehova DE US vester, ut habitare faciat nomen su-
um illic, conferatis OMNIA holocausta vestra, &c. CAVE TI-
BI, NE OFFERAS HOLOCAUSTA IN OMNI LOCO
quem videris, sed in loco quem elegerit Jehova, in una tribuum
tuarum, ibi offeres holocausta tua, ibiq; facies omnia quæ ego
præcipio tibi. Hæc ibi.

X. Dum enim in deserto per quadraginta annos vagabán-
tur, sèpius obtulerunt Domino sacrificia. Nam & in Rephidim,
post victoriam ab Amalekitis reportatam ædificat altare Moës
(utiq; non nisi sacrificandi causa) Exod. 17,15. & attulit sacrificia
Jethro sacer Mosis Exod. 18, 12. Item juxta montem Sina immo-
lant holocausta & sacrificia Exod. 24,5. & pro se proq; populo ibi-
dem offert Aaron Levit. 9. & 10. VERVM quia subinde de loco
in locum profici sci necessum habebant, iccirco Exod. 20, 24. iu-
hunc usum non aliud parare audent altare quam terreum vel lapi-
deum ex lapidibus rudibus, ut post discessum citius & commo-
dius destrui, & abusus idololatricus vitari posset. Et hæc ita fieri
debébant intra ipsum desertum. Post absolutas omnes profes-
siones tantummodo in uno loco sacrificare tenentur, qua de re
eorum diligissimè expendatur Deuter. caput duodecimum.

XI. Nemo autem non agnosceret, in hisce clarissimis textibus utramq; inclusam teneri prohibitionem, 1. ne ulla publica Jehovæ sacrificia offerre aliquis presumat in illo alio publico loco, quam in illo, quem singulariter erat selectus Dominus, 2. multò magis, ne quis ulla privata vel domestica sacrificia Jehovæ domi sua vel in alia privata domo vel privata area facere ausit. Ad hanc Authenticam divinæ sapientiæ cunctis seculis sacrificationes suas dirigere, adeoq; ingruentibus confusionibus bellorum, & secutis mutationibus quoad locum sacrificiorum, ex Prophetis de restauratione pristini loci, vel de genuini novi alicuius selectione nova DEI consilia expectare debuissent Israëlitæ.

Verum enimvero sicuti alijs sapientissimis mandatis divinis multiplices acciderunt prævaricatorum petulantium pretervia, ita adversus hoc ipsum Oraculum sacrum, quam s' penumero quamq; graviter deliquerit populus DEI, ex sequenti Catalogo cognoscere promptum fuerit. Porro quænam loca sibi elegenter Jehova post hanc datam legem, opera precium est videre.

XII. Post peregrinationes in deserto finitas, post sacrificationes in Gilgal & Bochim adhuc tum temporaneas finitas Jof. 4, 18, & Judic. 2, 1. 2. 3. 4. 5, quæ pertinent in hoc capite ad antecedentia Josua tempora, & post terram sorte distributam, posq; requiem satis optatam Israëlitis divinitus concessam, congregatur universa multitudo filiorum Iisrael in Silo, & collocaverunt ibi tabernaculum Ecclesiæ, Jof. 18, 1. in quo tabernaculo habitabat Jehova Jof. 21, 19. & ante quod tabernaculum quam proxime erat altare pro sacrificijs, Josua 22, 29, in quo etiam tabernaculo simul erat arca fœderis Judic. 20, 27. Hic locus dicebatur domus DEI, ubi DEUS responsa dabat, ubi sacrificabant, ubi iota Ecclesia conveniebat in magnis calamitatibus ad DEUM flecentum. Judic. 18, 31. & 20, 18, & 26.

XIII. Etsi verò non potest dari textus expressus, in quo describeretur vox DEI de cœlo vel per Prophetas ad populum facta, ut sacrificijs locum istum in Silo tribus Ephraim consecrarent, tamen quod DEI jussu selectus fuerit iste locus, ex hac causa satis edoceri poterit, videlicet, quia statim post finitas profectiones Jof. 22. reliqui Israëlitæ adversus tribum Ruben, Gad & dimidiam tribum Manasse volunt acerrimum gerere bellum,

propter

propter aliud altare extrectum inter ipsos (citra D E I mandatum, ultra altare in Silo) quando verè audirent istas tres tribus habere altare in Silo pro legitimo divinitusq; deputato loco sacrificiorum, suum verò condidisse non in usum sacrificiorum, sed in memoriale ad seram posteritatem, unde posteri scirent certò, eriam hos extra Jordanem habitantes (in terra quam initio D E U S Abrahæ pollicitus non fuerat, attamen his tribubus in educatione ex Agypto precantibus ex abundantiore gratia concesserat) esse membra genuina corporis Israëlitici, omnino in sententia ista acquireverunt. Nisi igitur tribus Ruben Gad & dimidia Manasse (in terra exterâ Deut. 3.) altare Silonis pro legitimo & divinitus constituto habuissent, utiq; alia responce fratribus occurrissent.

Deus plus
terra dedit
populo suo
in exitu ex
Agypto,
quam antea
promiserat.

XIV. Mansicibit tabernaculum Ecclesie ac in eo arca fœderis, tanquam sedes & habitatio D E I, & juxta hæc proximè subsistens altare holocausti Jehovæ, adeoq; sedes sacrificiorum annis circiter trecentis o. Auginta novem, ut arcâ ibidem commorante gesta videantur esse omnia quæ sub Judicibus & sub Eli & sub Samuele evenerunt, donec arcâ à Philistinis caperetur, 1. Sam. 4, 17.

XV. Et quia facta est mentio aliquoties capititis Judicis decimi octavi & vicesimi, atq; ex eodem estimato hanc in rem accurateius, lectori scrupulus exoriri posset, opera & preciū est ut is existimat. Ergo introducitur Judic. 20, 28. Pinehes, filius Eleazari, si terrâ Chalij Aaronis stare ante arcam in diebus pugna Israëlitarum adversus tribum Benjamin: quæ pugna occupat ultimum locum in Historico libro Judicum. At hic Pinehas filius Eleazari (non si obiter, lius Heli sacerdotis) introducitur jam antea Jóluæ 22, 13. 30. 31. in expostulatione facta adversus Rubenitas, Gaditas & dimidiā tribum Manasse de altari ultra Jordanem extrecto. Idem Pineas Num. 31, v. 6. filius Eleazar in bellum mittitur adversus Midianitas Bileamum in deserto, qui & Nom. 25, 7. interfecit Israëlitam & Midianitissam, qui tamen natus fuit patri suo jam antea diu Exod. 6, 25. Et quia in bellum mittitur cum vasis sanctis & tubis clangoris, quibus non nisi sacerdotes justa & recte triginta annorum uti poterant, Num. 31, 6. & 10, 8. utiq; tunc temporis ad minimum triginta fuit Annorum. A nativitate autem Pineas aut ab exitu ad bellum contra Benjamitas sunt circiter anni 350.

16. Sed



XVI. Sed & Eleazarum patrem Pinees ipsius, filium Aaronis quod attinet, is nascitur Exod. 6, 23. Is sacerdotali munere cum reliquis sub patre Aarone fungitur, Levit. 10, 6, 12, 16. Num. 3, 4. adeoq; tunc omnino fuit annorum triginta, alioquin officio praefici non potuisset propter regulam Num. 4, 3. Is interfuit distributioni terra Chanaan Jolue 14, 1. & 17, 4. & 19, 51. & 21, 7. De niq; Jolue ultimo capite, versu ultimo moritur Eleazarus filius Aaronis, & sepultus est in Gibeath Phinees filij eius.

Quæstio.

XVII. Jam quæstio oritur cum Num. 14, 29. De Eius minetur, neminem ingressum terram ex murmuratoribus, qui tunc erat viginti annorum, ne dum plurimum, exceptis saltē duobus Chaleb & Josua, quomodo Eleazarus tunc plus quam trigenarius, ingredi, distributioni terra sancta interesse, ibiq; in actate saturam mori potuerit, & quomodo in ultimum termē caput Judicūm perveniat Phinees.

Responso.

XIX. Sed certum est ex Numer. 13, ex tribu Levi nullum fuisse missum exploratorem, ideoq; Leviticum genus à reditu per nullum talem internuncium fuisse ad murmurations provocatum, adeoq; nec in istam poenam incurgere potuisse, quin potius hac ipsa ratione omnes Levitas adultos intra terram Chanaan turto intrasse, ut ut cap. 14. pro more Scripturæ dicatur universa multitudo murmurasse. Sicut enim Exodi 32, 3. dicitur OMNIS populus contulisse ad vitulum aureum materiam, cum tamen in eodem capite 26. Levitæ præter Aaronom & similimos, plurimi aureum vietuerint Jehovæ, seu non consenserant in idolomaniam illam, tulum in de- adeoq; verbu 29. singularem reportant benedictionem, sic circō fertu excita- Apostolus in 1. Cor. 10, 7. etiam restringit his verbis: Ne sitis idololatræ sicut QVIDAM eorum ut scriptum est: Sedit populus ut comedere ac biberet, & surrexit ad ludendum.

Quinam aureum vi- fuerint Jehovæ, seu non consenserant in idolomaniam illam, tulum in de- adeoq; verbu 29. singularem reportant benedictionem, sic circō fertu excita- Apostolus in 1. Cor. 10, 7. etiam restringit his verbis: Ne sitis idololatræ sicut QVIDAM eorum ut scriptum est: Sedit populus ut comedere ac biberet, & surrexit ad ludendum.

XIX. Quod ad Phinees attinet, notum est eruditis, historias in libro Judicū extantes non eodem contigisse ordine, unde istam c. 20. ad priora tempora necessariò referendam esse quilibet vidit. Sic enim & cap. 2. Judicū recensentur ea, quæ acciderunt tempore Jolue, sed ad rem.

X X. Mansit tabernaculum cum arca fœderis & altari holocausti in Silo per annos circiter 389. Post hunc locum divinitus rejeclum

¶ Etiam Psal. 78, 60. elegit Dominus primum pro Mosaico tabernaculo, sed & tandem pro templo Salomonis montem Sion, sicut Sion expresso habet idem Psalmus David versu 60, 67, 68. Dereliquit tabernaculum Siloh, tentorium in quo inter homines habitavit, sprevit tentorium Joseph, & tribum Ephraim non elegit. Elegit autem tribum Iuda, montem Sion quem dilexit videlicet Silo situm habebat in Ephraim, Sion mons Jerusalern in Iuda.

XXI. De Siloh nota sunt plurima in libro Josue, Judicium, & 1. Samuelis, Judic. 11, 31. Domus DEI in Siloh, & 20, 18. venuerunt in domum DEI in Siloh, consolueruntque Dominum &c. & 21, 19. Ecce solennitas anniversaria est Domini in Silo.

XXII. De Sion sunt alia nota Psal. 9, 12. Psallite Domino qui habitat in Sion, Psal. 132, 14. Quoniam elegit Jehova Sion, elegit eam sibi in habitationem. Hac requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam, Psal. 10. 173, 1. Super fluminis Babylonis, illic sedimus & flevimus, dum recordaremur tui Sion, si oblitus fuero tui Jerusalern, Esa. 31, 9. Cujus ignis est in Sion, & caminus in Jerusalern, & 46, 13. Dabo in Sion salutem, & in Jerusalern gloriam meam.

XXIII. Hac igitur sunt ista loca, de quibus DEUS dicit Deuter. 12, 13, 14. Cave tibi ne offeras holocausta tua in omni loco quem visderis, sed in loco quem elegerit Jehovah in una tribuum tuarum, ibi offeres holocausta tua. Elegit autem DEUS post Silo alium locum, non quod wideretur alius cuiuscunq; quidem loci praeter alterius loci commoveri ratione, sed propter causam de qua dicetur inferius, nimirum ut pederentim deveniret ad illum, in quo ipso typis veteribus sacrificialibus correspondens antitypo Christus ipse passurus erat & expiaturus peccata totius generis humani.

XXIV. Porro quemadmodum posterioribus seculis post Mo-
sen usq; ad natum Christum non nisi intra Iudeam sacrificia di-
vinitus mandata exhiberi debuerunt, non nisi in illo loco, quem
singulari sua providentia DEUS elegerat, ita eandem fuisse se-
culis ab Adae lapsu usq; ad Mosen DEI voluntatem, ut sacrificia
non offerrentur, nisi in uno arctoq; strictu, & eo quidem Iudea-
nimirum vicino, ex his quae sequuntur, satis evidens reddetur,
ubi locus sacrificij Adami, & Noachi manifestabitur.

2.
De loco sa-
cificiorum
divinorum
ab Adam
usq; ad Mo-
sen.

Hypotheses. XXV.
Et primo Mosen (qui vixit non longe ab anno mundi quedam 2500.) usum fuisse nominibus urbium tunc post lapsum inditis & usitatis nemini dubium erit.

Deinde Eden, cuius nomen ponit Moses in descriptione Paradisi, ubi sita fuerit, testatur Scriptura Es. 37, 12. 2. Reg. 19, 12. Edenen cum Haran copulans, quia Haran est Gen. 11, 31. & 12, 5. inter terram Chanaan seu Iudeam & inter Ur Chasdim seu Chaldaem seu Mesopotamiam.

Ulterius Abrahamo patria fuit Ur Chasdim seu Chaldaea, Gen. 11, 31. & 12, 1. Act. 7, 1, 2, 3. Stephanus martyr in Actis vocat Chaldaea & Mesopotamiam. Et complebitur Ur hoc pacto simul in vocabulo Mesopotamia. Sic autem Chaldaea erit pars Mesopotamiae remotior versus orientem, sed Haran ejusdem pars remotior versus occasum. Ergo quando Stephanus dicit de Haran, DE U M. visum esse Abraham in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran, ibi loquitur de Charran tanquam de remotiore loco Mesopotamiae, & hinc ad fines Mesopotamiae occidentales. Esse autem Haran in Mesopotamia sitam docet Gen. 28, 5, 10. ubi Jacob pergit in Mesopotamiam versus Haran. Mesopotamiam etiam habere Babylonem magis versus ortum, Plinius restatur cap. 26. Mesopotamia tota fuit Assyriorum vicinum dispersa, praeter Babylonem & Ninum. Ergo Babylon juxta Plinium est pars Mesopotamiae.

Sed ad rem, Ur Chasdim seu Mesopotamia est patria Abrahami: inde evocatur primo versus Haran, ex Haran ulterius in Hebron seu Sichem terra Chanaan. At cum Haran auctores sacri conjungunt vicinam Eden. Ergo Eden quoque sita fuit in eodem strictu seu Chaldaea seu Mesopotamiae & Babylonie. Jam colligere reliqua facile fuerit.

XXVI. Et nimis Paradisum fuisse situm post Iudeam versus orientem, clarissimum evadit ex Gen. 2, 8. Plantaverat Jehova DEUS hortum in Eden ab oriente. Vetus translatio legit. Plantaverat Dominus DEUS Paradisum VOLVPTATIS à principio: sed perperam. Quod enim Eden hoc in loco sit nomenclatio loci, evidentissime demonstrat versus in eodem capite 10. Ex Eden egrediebatur flavius ad irrigandum hortum illum. Sed & simul hinc deducitur, aliud fuisse Eden, aliud hortum in Eden. Quod

Quod Eden fuérit Nodō contermina & vicina, colligitur ex Gen. 4, 16. Egressus est Cain à facie Jehovæ, & habitarūt in terra Nod ad orientem Eden. Ergo Nod fuit sita versus ortum magis quam desertum in quo constitutus Moses ista scripsit, & quod scripsit, digito suo intendit: magis etiam quam Eden, siquidem Nod dicitur esse Eden ad orientem.

XXVII. Et quia hæc verba proferuntur de temporibus secutis lapsum, quando jam Adam erat expulsus ex Paradiso Gen. 3, 24. optimè nos edocebunt, quo in loco vixerit Adam post lapsus. Sic enim habet textus: Emisit enim Jehova de horto Eden ad colendam terram, de qua sumptus fuerat, & collocavit ab oriente ipius horti Eden Cherubim ad custodiendam viam arboris vita. Ergo post lapsus Adam degit ab occidente Edenis, quia Cainus relegatus discedit & habitat in Nod orientaliter ipsam Edenem respiciente. Sunt autem in recta linea inter ortum & occasum Nod Eden, Iudea, unde si ex Eden, situ Paradisi ejectus fuit Adam, & translatus in locum occidentalem ad colendam terram, de qua sumitus fuit, sequitur quod in ipsam Iudeam aut prosus in vicinissimam Iudeam fuerit emissus.

XXIX. Porro juxta hanc habitationem Adamo D E U M visum fuisse crebrius apparer ex Gen. 4, 14, ubi dicit Cain, Ecce ejus me hodiè à facie terra, & à facie tua abscondar. Ex quibus non immēritò concluditur, in eodem loco sua sacrificia exercuisse Adamum, sicut ex libris Samuelis & Regum & alijs patet, crebrius solitos fuisse posteros etiam sacrificare in ijs locis, in quibus patribus D E U M apparuisse sciebant, id quod infra deducetur.

XXX. His ira præmissis ex sacra Scriptura, jam luet de verbo ad verbum ascribere, quæ habet I. Drusus in Commentario sive notis super historiam sacram Solpitij Severi Aquitani lib. scriptis Henr. fol. 40. Verba sunt quæ sequuntur: Quæritur, fueritne Adam creatorum deus in Paradiso an extra Paradisum? Quidam illud, alij hoc cen- habitacione sent. Pro his facit locus qui habetur Gen. 2, 15. Et collocavit eum Adamus or. (D E U S) in horto Eden nempè translatum ex eo loco, in quo dinaria condicis fuerat, hoc est, ut siquidem traditio haberet, ex monte Moysia. Jonathan disertet; Et traduxit Dominus D E U S hominem ex monte cultus, loco ubi creatus fuerat, & collocavit eum in mon-

te Eden. Saltmanticensis Judæus in libro Johasin: Ibi homo pri-
mus obculit oblationem, in quo Davidis a^{et} vo fuit area Ornan Se-
busati. Idem ait traditionem esse quæ in omnium manu verteretur.
Hactenus verba DrusI.

X X I. Idem Drusus eodem in libro & loco fol. 12. ad verba Sulpij
ista: Sed constituti in Paradiso) à D E O collocati fuere in Paradiso,
translati eò è terra, unde formati fuerant. Quod probo his locis,
Gen. 2, 8. Et plantaverat Dominus DE U S hortum in Eden ab
oriente, & posuerat ibi hominem quem formaverat, & verlu. 15.
Et accepit fave tulit Dominus D E U S hominem, & collocavit
eum in horto Eden ad colendum eum, & ad custodiendum eum.
3, 23. Et emisit eum Dominus ex horto Eden, ad colendum hu-
mum, unde sumptus fuerat. De hac humo traditio est apud He-
breos, cuius supra meminimus quam roborat Jonathan Uzeli-
des, verba Mosis PVLVEREM E TERRA interpretans PVL-
VERBM E DOMO SANCTVARI. Meminit & auctor Jo-
hasin fol. 9, ubi de Isaco. Hactenus ibi ille ipse.

X X I. Idem paulo post ibidem: Terrestrem Adami Paradisum
fuisse, cum fluvij qui ex eo manant, attestantur, cum illud in pri-
mis quod legatur plantatus in Eden ad orientem. Eden locus
erat in Babylonie, quæ ad orientem. Judæe. Hactenus omnis Drusus
Addo his ipsis historiæ declaranda gratia, quæ in simili em-
sententiam scripta nobis reliquit vir doctissimus. Pererius super
Genes. lib. 7. in caput 5. Verba se habent in hunc modum: Inter alias
rationes illa meo judicio in postremis habenda non est, quod olim
permultis Patribus persuasum fuerit, memoriq; proditum. Ada-
mum esse sepultum in monte Calvariae, in quo post tria annorum
millia Dominus noster crucifixus est, ut qui primus peccati fuerat
auctor, primus etiam peccati medicina salutaris, hoc est, sanguis
Christi vim experiretur. Hoc accepimus ab Origene tractatu
in Matthi. 25, Athanasio in libro de Passione Domini, Cypriano
in serm. de resurr. Ambrosio lib. 5. Epist. 19. & in 23. caput Lucæ,
Augustino in serm. 71. qui est de immolatione Isaac. Theophyla-
sto in 27. caput Matthæi, 15. Marci, Luc. 23. & Johan. 19. Euthy-
mio in 27. caput Matthæi, alijsq; doctis viris. Licit autem huic
opinioni quasi eam illudendo contradicat Hieronymus in 27. ca-
pus

put Matthæi & illa verba Pauli, Surge qui dormis, illud oppo-
nens pro magno argumento quod in Josuæ 14. scriptum sit, Ada-
mum in civitate Hebron fuisse sepultum, veruntamen infirmum
esse hoc argumentum Hieronymi, nec eō loco libri Josuæ tradi-
primum hominem sepultum esse in civitate Hebron, suprà ostendimur.
Hac tenus ille.

X X X I I. Innuit ille verba ista Hieronymi quæ addo: Adam sepul-
tum juxta Hebron & Arboe in Iesu filij Nave volumine legimus.
Hec Hieronymus. Sed perperam legit vetus translatio & Hieronymus
ultimum versum decimi quarti capituli Josuæ hoc pacto: Nomen
Hebron antea vocabatur CariathArbe, Adam maximus ibi inter
Anacim situs est. Nam legendum esse hoc pacto: (Nomen He-
bron antea fuit CariathArba (qui Arba) homo magnus inter A-
nacim fuit.) Constat ex Josuæ 15, 13, & 12, 11. Ibi enim ita legi-
mus: CiriathArba patris Anac, ipsa est Hebron, Ergo Arba dicitur
Adam in altero, in altero loco pater, utrobiq; appellativâ notione.

X X X I I I. Cæterum an præcisè eo loci (quem Patres indi-
gitati cognominant, & quem etiam nominat Epiphanius hæresi 46.
Basilius Esa, 5. Chrysostom. hom. 84, in Johan. Tertullian. lib. 2. adver-
sus Marcionem) sepultus fuerit Adam, ego non rigidè disputabo;
sufficiat enim mihi ostendisse habitationem Adami & vicinum
locum, in quo sacrificia sua præfiterit, fuisse aut Judeam aut ter-
ram Iudeæ prorsus continuatam. Sine dubio autem Patres an-
tiquos plurimum commovit, quod Matth. 27, 52, 53. dicitur, in
passione Domini monumenta fuisse aperta & surrexisse multa
corpora sanctorum qui dormierant, & qui egressi post resurrectio-
nem ejus introierint in urbem sanctam & apparuerint multis.
Sed ut dixi, id nunc non dispuro, siquidem etiam dici potest, de-
mortuos illos sanctos surrexisse, qui antea viventibus tunc Ju-
dex satis erant noti, ut ita miraculum divinum augustius ede-
retur.

X X X I V. Quod in loco Damasci Adamum habitasse ex alijs
Munsterus & alij scribunt, id non pugnat cum ijs quæ hac tenus
sunt delibata, cum Damascus situs sit in eadem vicinia, quam huc
usq; inquisivi & descripsi. Ergo in ista parte Orbis terrarum Ada-
mus exercuit sacrificia per totam suam vitam annorum 930. post
Objectio.

B 3 quæm

quem Patri in eodem loco successerunt, qui ad diluvium usq; vi-
xerunt Patriarchæ seu Ecclesiæ capitula Gen. 5, adeoq; in eo ipso
loco ante diluvium sacrificavit citra omne dubium ipse Noachus,
sed videamus accuratius, ubi sacrificaverit Noachus post diluvium.
X X V. Arcam Noachi requieuisse in montibus Ararat, sa-
cra Scriptura testatur, et si qui sint illi montes, non satis ab omni-
bus enodari potest. Noachum autem, quod quidam recentissimi
Historici mordicus contendere volunt, in montibus Ararat man-
sisse, ibiq; sacrificasse, nullo Scripturæ testimonio roborari potest.
Et si enim in eodem capite narratur requies arcæ & sacrificatio
Noachi, tamen ex hoc ipso per nullam consequentiam stabilem
inferri potest, quod utraq; eodem loco facta sint, ut nec quod eo-
dem tempore facta sint. Quin potius Noachum cum filiis ab ori-
ente & a loco quietis arcæ profectum fuisse versus loca, ubi tandem
Babylonem ædificarunt, satis opinor firmiter co. includitur ex
eo, quod cap. ii. dicuntur profecti esse posteri Noachi ab oriente,
ubi queverat arca & venerint in terram ante diluvium Adamiri-
corum sacrificiorum vicinam, in terram Sinar, & ibi ædificarent
Babel. Cur igitur ab oriente versus Mesopotamiam properarunt,
nisi ut contulerent propius ad antiquum habitationis & sacri-
ficationis locum. Et quod Noah simul cum ijs venerit, paret, quod
Pater Noachus ebrius non nisi à præsentibus deludi, & à præsenti-
bus vicissim tegi potuerit.

X X VI. Ubi Noachus sacrificavit, ibi citra omne dubium
etiam sacrificavit Noachi successor Semus. At Noachus sacrificava-
vit etiam aut intra Judæam aut in loco Judææ prorsus contermino.
Ergo successor Noachi quoq; ibidem sacrificavit. Ratio
consequentia est, quod in posterioribus seculis semper requirere
soliti fuerint posteri loca antiqua sacrificiorum, qua de causa Mo-
ses jussu divino Exodi 23, verat in deserto ædificare firmius altare
ad eandem sacrificeationem novam eo loco impediendam.

X X VII. Sed & hujus ipsius assertio firmamenta quæ-
dam nobis suppeditabit ipse Moses, cap. 25. Genesis. Rebecca e-
nim grava proficitur ad interrogandum Jehovam, quid si
bi velint duo filij sese mutuò collidentes in utero ipsius. Respon-
det ipsi Jehova, Dux gentes sunt in utero tuo &c. versu 22. 23.

38. Cate-



XXXIX. Cæterum quid sit interrogare Iehovam, illud ex alijs locis sacrarum Scripturarum veniet æstimandum. Conferatur loca Num. 7,89. & 9,8. & 27,21. & patet consulere Dominum esse ibi ad locum ubi summo sacerdoti promisit, de interrogatis responsa Iehova. Exemplum aliud est Jadic. 20, 18. 23. 26. 27. Ascenderunt omnes filii Israël, venerunt in domum Iehovæ ac manserunt illic coram Iehova, jejunarunt quoq; die illa usq; ad vesperam, & obtulerunt holocausta atq; pacifica coram Iehova, Interrogaveruntq; filij Israël Iehovam (Ibi enim erat arca foederis DEI in diebus illis.) Et Pinchas filij Eleazar filij Aaronis stabat ante eam in diebus illis &c. Item 1. Sam. 9, 9. Olim in Israële sic dicebat quisq;, quando ibat ad inquirendum DEUM, Venite & eamus usq; ad videntem. Vide etiam benigne lector 1. Sam. 14, 37. & 22, 10. 13. 15. ubi Abimelech sacerdos consuluit Dominum pro Davide, item 1. Sam. 23, 2. 4. & 28, 6. 4. 30. 8. Item 2. Sam. 2, 1. & 5, 19. 23. & 21, 1. Etiam Prophetæ consuluntur, id est Dominus per Prophetas 1. Reg. 14, 1. 2. Reg. 8, 8. Sed regulariter Phrasis illa intelligitur de ordinario summo sacerdote. Item 2. Reg. 1, 2. 3. & 22, 13. 18. 1. Par. 14, 10. 14. & 2. Par. 18, 4.

XXXIX. Jam verò tempore nati Esau & Jacobi Abraham inter vivos amplius non reperiebatur, sed Sem filius & successor Noachi erat in vivis. Et quia gravida ac quidem tali collisionis mirabilis mirabili affectione laborans proficiscitur ipsa ad confundendum eum, sine dubio is in vicinia degit, utiq; in loco ubi Adam, ubi Noah sacrificarat antea.

XL. Quanquam verò τὸ πῦρ specialissimum indicare ex Scripturis non possumus, tamen quis non boni consulere interim illud generale indicium conventus sacrificialis sacrificiorum Patriarcharum. Scimus mortuum esse Moysen & mortuum esse eum in monte Abarim, in monte Nebo, qui est in terra Moab & qui est è regione Jericho, & sepelivit eum Dominus in Gati in terra Moab è regione Bethpeor, et si nemo cognovit sepulcrum ejus usq; ad hanc diem Deut. 32, 49. & 34, 5. 6.

XLI. Simul ex his occasionem caprabant pīj lectors cogitandi non tantum de Loco, quem veteres singularem semper constituerunt sacris suis tractandis, sed & de alijs. Fuit nimis sine oīani dubio in loco sacerorum aliquid amplius ubi Sacerdos sum-

mus

*Quodnam ius quovis tempore degere potuerit, quando ad sacrâ tractanda
juxta altaria sua ta-* accessit. Legatur totum caput Exodi 33. ubi Moles tabernaculum
*l quoddam conventus seu Ecclesiæ, (vetus translatio vocat tabernacula-
lum fr̄ederis) habet, & tempore commissa μοχολαργεῖας illud
habauerint vteres ab Adam ad Mosen.*

*Mus quovis tempore degere potuerit, quando ad sacrâ tractanda
juxta altaria sua ta-* accessit. Legatur totum caput Exodi 33. ubi Moles tabernaculum
*l quoddam conventus seu Ecclesiæ, (vetus translatio vocat tabernacula-
lum fr̄ederis) habet, & tempore commissa μοχολαργεῖας illud
è medio castrorum exportat in locum prolsus solitarium. In hoc
igitur consulit ipse Dominus, in hoc responderet ipsi Dominus, ex
hoc redit ipse ad castra, sed ab hoc non recedit Josua minister Mo-
sis. Fuit hoc tabernaculum vel à Jacobo in Ægyptum unâ deduc-
tum, vel novum ad similitudinem Jacobitici tabernaculi con-
ventus factum. Osiander super caput 33. Exodi putat fusile tem-
poraneum, interim à Mose erectum, donec extruetetur totum ta-
bernaculum Mosaicum.*

X LII. Sed non opus est, ut in his celabore opera impensior,
quia nemo negabit, 1. Sanctos Patriarchas ardenter & diligenter
coluisse DEUM, & sacrificia eidem obtulisse. 2. Convenisse
in certo loco, 3. in eodem loco habuisse altaria, 4. altaria mun-
nita fusisse vel circumpositis muris vel quibuscumq; munimentis,
5. etiam vel domos vel tabernacula in vicinia exitisse pro con-
ventibus commodioribus, pro asservandis rebus ad sacra pera-
genda necessarijs &c.

X LIII. Post Semum sequuntur Abraham, Isaac & Jacob, qui
per ducentos annos circiter non sacrificarunt nisi intra ipsam ter-
ram, quam tandem Judæi occuparunt. Altare fecit Abraham
juxta Bethel Gen. 12, 8, in Hebron Gen. 13, 18. sacrificavit etiam
in terra Moria Gen. 22, 2. Isaac in Berseba Gen. 26, 25. Jacobus
circa Sichem, Gen. 33, 20. in Bethel, Gen. 35, 1. 3. 7. Moles quoq; in
exitu ex Ægypto sacrificavit in deserto contermino eidem terræ
promissæ, Exod. 17, 15. juxta Sina Exod. 24, 4. & postea ulterius,
sed Exod. 20, 23, 24, 25. non nisi in altaribus terreis, (non firmi-
ter lapideis) ut citius destrui possent nec à posteris per ναοὺς λιαν
magnificerent, siquidem semper properabat divina majestas, & re-
mitti optabat cunctam posteritatem ad locum sacrificij magni
per Christum præstundi.

X LIV. Et huc usq; satis planum effecimus, inde à lapsu sacri-
ficia temper solita fieri & debuisse fieri non in quavis parte seu pro-
vincia orbis terrarum, sed tantum in illa quæ Judæam partim con-
tinet,

etiam, partim eidem contigua, vicina, proxima, finitima, concreta
minaque; & versus ortum sita, ut ita locus ille versus ortum demon-
straret peccatum, propter quod ex Paradiso ejecti fuerant primi
parentes, versus occulum vero salutem per eum restauratam, qui
sacrificijs interim adumbrabatur, & magnum sacrificium eodem
in situ praestare debebat.

X L V. Ceterum hanc voluntatem divinam quovis seculo in- *Quanta fu-*
de usq; à lapsu omnes homines in toto orbe terrarum ritè agno- *erint peccata*
scere, adorare & venerari decuisse, & ad eam etiam inter multi- *ta commissione*
plies, confusiones & imperiorum ruinas respicere, nec ab ea vel *adversus*
tantillum recedere, Imo si quandoq; ex divina indulgentia vel sa- *praecepta di-*
cificium, vel etiam locus sacrificiorum per hostes interiisset vel *vina de sa-*
occupatus fuisset, vel quamcunq; mutationem accepisset, tamen *crisici divi-*
nil ex arbitrio humano aut consilio rationis mutandum, sed ex *ut loco,*
Prophetarum novis suggestionibus responsum expectandum, &
ita procedendum fuisset.

X L VI. Verum enim vero sicuti alijs sapientissimis manda-
tis divinis multiplices acciderunt prævaricatorum petulantium
protivæ, ita hoc consilium Domini, per quod toti Orbi & sin-
gulis in eo hominibus quovis tempore tanquam per spectaculum
illustre, maximè incurreas in oculos omnia hominum, (sicue
plus moventur homines visu quam auditu) mysterium meriti
Messie ob oculos ponere & inculcare voluit, sæpen numero gravi-
terq; fuit violatum.

X L VII. Ante diluvium Ethnicismus Cainicus huic sanctissimo
consilio DEI quantum restiterit, breviter ex epistola Judæ indi-
gitare supra satagi. Post diluvium Ethanicus Ham seu Cham idem
sibi habuit propositum, & nota est impietas posteritatis Chananæ
plus satis ex sacris literis, notum Historicis eruditis, quod Ham-
monis Jovis oraculum ex eodem Chamo seu Hamo prodierit,
quando successu temporis veritas Domini corrupta, rituumq; san-
ctitas contaminata fuit, ex quo tandem ante natum Christum
quasi novus, isq; latissimus alias emergit Ethnicismus. Utq; tem-
porum ante Mosen conditionem nunc prætereamus, & intra tem-
pora à Mose ad Christum nos contineamus, hujus divini ritus con-
taminationes ET IN POPVLO DEI & EXTRA POPVLVM
DEI varias & horribiles deprehendemus.

Populus Dei XLIX. In populo D E I. due fuerunt quoad locum sacrificiorum prævarications insigniores. Sacrificia non debuerunt nisi fieri nisi in loco quem elegerit Jehova Deuter. 12, 13, 14. Non autem nisi illura elegit Jehova, ubi volebat reponi arcam fœderis cum Cherubim aureis, Exod. 25, 22. Facies propitiatorum & duos Cherubim, & pares propitiatorum super arcam, & convenientiam tecum illuc, & loquar tecum è propitiatorio inter duos Cherubim, quod est super arcam. Psal. 80, 2. qui sedes inter Cherubim. Talis locus fuit tabernaculum Mosaicum & templum Salomonis, illud in Silo cum primis, hoc in Hierusalem.

X L I X. Prima igitur corruptela fuit, quod pater extribus sacris, contra ius & contra voluntatem divinam solitos fuisse, Israelitas in magnis periculis arcam Jechovæ seu arcam fœderis, apud quam D E U S singulariter præsentiam suam & favorem suum erga Israëlitas declarabat, ad alia loca exportare.

L. Nam Judic. 20, 28 non longe post Josue adhuc vivente Phineas filio Eleazari filii Aaroni in Malpa ad bellum contra tribum Benjamin eam traxerunt, item 1. Sam. 4, 3, 17. ex Silo in bellum Philistinum per duos filios Eli duxeront.

L I. Arcæ illius fœderis seu Jechovæ historia nota erat roti Orienti, quām magnum nimirum contigisset miraculum ad præsentiam ejus & transitum per Jordanem, Josue 13, 17. unde & Philistini 1. Sam. 4, 7. timuerunt dicentes, Vnde nobis quis liberabit nos de manu deorum fortium istorum. Hi enim sunt Di, qui percusserunt Ægyptum omni plaga in deserto.

L II. Hac pertinet, illud 1. Sam. 14, 18. ubi Saul interrogat Jechovam ad arcam, Erat autem arca D E I die illa cum filiis Israel, scilicet in bello contra Philistinos suscepito, similiter 1. Sam. 15. cum David in exilium propelleretur, Sacerdotes eum cum arca sequi voluerunt, sed prohibebantur à Davide si qui versu 24, 25, 26, 27, 28, 29. Item 2. Par. 35, 3. Josias præcipit Sacerdotibus ut ponant arcam in domo sanctissimæ, nec eam amplius circumportent, nimirum sicut sine dubio factum fuerat sub antecessore ejus, Patre, rege Ammon.

L III. 2. Samuel. 11, 10. Urias ex bello revocatus ad Davidem, ut concumberet cum uxore, adeoq; gravitationem à Davidem factam

factam in se recipere nec illum haberet; non voluit descendere
ex aula Davidis in domum ad uxorem suam, sed dormivit ad o-
stium domus regiae, & de causa interrogatus a rege, respondit,
ARCA & Israel & Juda manet in tabernaculis, præterea Domi-
nus meus Joab & servi Domini mei in superficie agri manent, &
ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, dormiamque
cum uxore mea.

LIV. Quod jussu divino arcam fœderis illi primi in bellum
eduxerint ex Silo, 1. Samuel. 4. nemo crederet, qui æstimabat,
nemini nisi summo Sacerdoti quotannis lemeli, die decimo, septi-
mensi, licetum fuisse ingredi in sancta sanctorum, in quo solo
loco semper arca fœderis desidebat, una cum Cherubim, inter
quos scribitur sedere DEUS. Si igitur non nisi summo Sacer-
doti quotannis uno die ingredi, & arcam fœderis contemplari li-
citem fuit, utique temeritatis fuit maxima, & κανοζηλία exempli
portata arcæ circa Hiericho ad SPECIALE mandatum
DEI, Jos. 6. quod arcam missis legatis ad se se venire in castra
jubent, adventantem nulla reverentia; (qualem Jos. 5. 4.
præcipit DEUS, ut semper 2000. cubitis in itinere ab ea ab-
sistat, cuius etiam violatores alij 1. Sam. 6. Bethsamtæ 750000
dant pœnas, item Num. 4. 20.) quin potius incompositis clamori-
bus excipiunt.

LV. Et si verò hæc ita se habent, tamen quantum roboris
& potentiaz habeat supersticio consuetudo, patet ex eo, quod
eriam posteri Israëlitarum arcam sibi in bellum eduxerint, ut
hactenus vidimus.

LVI. Postquam ex Silo in bellum contra Philistinos fuit ex-
portata, & capta in manus hostium venit, collocatur in templo ido-
latrico, seq; vindicat, nihilominus tamen in agro Philistinorū ma-
net menes leprosi, 1. Sam. 6. 1. Hinc per Philistinos ad Bethsamtæ
& per Berthamitas in civitatem Kiriatheam, & quidem ibi-
dem in domum Abinadab, sine dubio Levitæ aut Prophetæ pie-
tate celebris, fuit ducta, ibi; non 20. tantum annis, sed 60. man-
dit 1. Sam. 6. per totum & 1. Sam. 7. 1. 2. qua domus sita erat in
Gabna, hoc est, in colle excello. Hinc tamen ad bellum, sicut

Jam indicatum fuit educta, i. Sam. 14, 18. Nimirum à Philistiniis
in via per Bethsimes & Cariathiarim versus Silo feste excedente
ducitur, utrum D E U S interim aliquid velir respondere de arca
sanctificanda, postquam fuerat inter hostes, sed cum nihil respon-
deret, ita, ut dictum est, eandem tractarunt.

L VII. Quin & eodem fine arcam in Mispa videntur traxisse,
tempore belli Amonitici sub Jephtha, qui locutus est coram Je-
hova in Mispa Judic. 10, 17. & 11, 11. item tempore belli propter
uxorem Levitæ occisam gliscentis Jud. 20, 1, 18. & 21, 1, 2, 3, 4, 5.
item tempore Samuelis & belli Philistini, i. Sam. 7, 5, 6, 7, 8, 9, 10.
11. Quin & quia subinde bellorum metus & pericula extabant
tempore Samuelis, idèò sub eodem ipso Samuele arca modò
apparet in Mispa, i. Samuel. 7, 5. & seqq. modò in Rama, i. Sa-
muel. 7, 17. i. Samuel. 8, 4. s. 6. ubi consulebant & sacrificijs
colebant Dominum sedentem inter Cherubim & orabant,
ut felicitate fruerentur adversus hostes, modò in terra Suph,
i. Sam. 9, 12, 13, modò in Bethel i. Sam. 10, 3. modò in Gilgal, i.
Sam. 10, 8, modò iterum in Mispa, i. Sam. 10, 17. & seqq. modò ite-
rum in Gilgal, i. Sam. 11, 14. & 13, 7. & seqq. modò in Bethlehem,
i. Sam. 16, 1, 2, 3, 4. Propter metus igitur & rumores, & propter
pericula bellorum subinde arca ex Cariathiearim educta, & in
locum reducta fuit illum, quem interim eidem connivebat Do-
minus. Interim quoq; tabernaculum ex Silo venit in Nob. i. Sam.
21. & 27. & 23. & tandem in Cabaon, i. Reg. 3, 4. & fuit alterum
absq; altero, & utrobiq; contra D E I præceptum sacrificarunt.

L IX. Hinc jam intelliguntur & conciliabuntur facilius di-
versæ Scripturae de sacrificijs nunc hic in tabernaculo sine arca,
nunc in loco arca sine tabernaculo oblatis. i. Sam. 7. Samuel sa-
crificat in Mispa, obtinetq; precibus suis à Jehova ut intonaret
grandi voce super Philistinos, eosq; contereret, & restituerentur
urbes quas tulerant Philistini ab Israèle ab Ecron usq; ad Gath,
sub quibus varijs bellis etiam in Rama aram pro arca extruxisse
Samuelem consequens erit. Etsi verò ibidem versu 13, 14. additur,
fuisse salutem daram à Jehova Israëlitis, contra Philistinos, tamen
hoc ita intelligendum venit ab eventu, quem non nisi in fine vi-
ta Samuelis videri & restari potuerunt, interim verò & antea
eventus illius ignari, tamen pugnarunt,

59. Im-

LIX. Immò interim cap. vi. cum Naha Ammonitide bellum est gerendum ipsis, & capite 13. & 14. lib. i. Sam. aliud cum Philistinis & cap. 15. cum Amalekitis, & cap. 17. iterum aliud cum Philistinis, Immò i. Sam. 10. ubi quidam ascendunt in Bethel sacrificaturi, in Colle DE I versu 5. memorantur praefecti Philistini seu statio Philistinorum, quam stationem seu quod praedium Philistinorum, quod erat in colle, percussit Jonathan, i. Sam. 13.

L X. His ita estimatis nemo mirabitur. illis annis, quando
ar ea ordinariæ stetit in Ciriathiearim & tabernaculum in Nob, ut
& tandem in Gabaon, tamen fuisse consultum Dominum & DEO
sacrificatum in Mispa, in Rama, in Bethel, in Gilgal, in Bethle-
hem, & forsan in pluribus locis quam quæ sunt annotata, siqui-
dem etiam sancti homines abusi fuere exemplo arcæ circumpor-
tatæ circa Jericho, cuius muri ad circumportatam arcam, tum-
spontè conciderunt. Sed exemplum extraordinarium & singulari-
mandato divino factum non debuissent ipsi usurpare tanquam or-
dinarium, & regulare contrâ expressam regulam Deut. 12, 13, 14.

LXI. Verissimam esse hanc declarationem de arca in tot locis reperta, (id quod ex sacrificijs ibidem oblatis & cum primis ex responsis ibidem à D E O datis, elucet.) comprobatur ipso illo Davidis, 2. Sam. 6, 3. 1. Par. 13, 5. qui arcam in civitatem suam non ex alio loco quam ex ordinario loco post Silonis locum assumto, nimirum ex Cariathiearim adduxit, sicut manifestus textus Paralipomenon haber. Si ergo post captivitatem apud Philistinos toleratam portata est in domum Aminadab in Ciriathiearim, & si ex hac domo Aminadab in Ciriathiearim per Davidem est exportata in civitatem suam, siq; nihilominus interim in alijs locis quoq; fuit deprehensa, utiq; in haec alia localita pervenit, sicut ex Silo pervenit in castra Israëlitarum, 1. Sam. 4.

LXII. Hoc difficilimo nodo ritè soluto, nunc etiam respon. Objectiones
dendum de alijs impingentibus in regulam Deut. 12, 13, 14. quod sa. alie.
criticis non debeant fieri nisi in illo loco quem elegerit Jehova.
Et primò quidem Judic. 2, 5. omnes filij Israël immolasse scribun-
tur in Bochim seu loco flentium, non procul à Gilgal. Secundò.
Judic. 6. Gideon in planicie & vertice arcis Ophra offert holocau-
ustum. Tertiò, in Ophra Gideon instituit Ephod necessarium.

4. Sacrificantibus, *Judic.* 8, 27. *Quarto*, *Judic.* 13. Manoah pater
 5. Simsonis offert holocaustum in petra agri. *Quinto*, Elias Prophe-
 6. ta sacrificat in monte Carmelo, *i. Reg.* 18, 32. *Sexto*, *2. Sam.* 24.
 David sacrificat in arca Aranah.

Responsio ad 1. L X I I I. Verum responderetur de primo, Si Bochim significat specialem locum juxta Gilgalis, quod historia *Judic.* 2. pertinet ad tempora prima ingressus populi ex desertu in terram promissam, quæ tunc plenè nondum ipsis erat divisa, unde nec locus electus divinitus ad sacrificia. Postea enim primum dimisit populum, cum iam electa esset sedes sacrificiorum. Tunc igitur temporis sacrificare in locis varijs intra *Judic.* 3, vagis, ut in deserto iobebant.

Resps. ad 2. L X I V. De secundo quod Gideon petat non nisi signum à D E O, unde cognoscat se esse divinatus destinatum ducem, sub eujus ductu victoria populo contingere debeat, adeo q; quod non nisi petierit, ut cibum ab ipso mox afferendum capiat, quem cibum etiam Angelus in signum firmius accendit, id quod nequam potest dici sacrificium. Sed & si etiam obtineres, quod sacrificas, tamen adhuc nihil ad rem. Specialis enim lex divina merito ad tempus derogat generali legi divina, in eo homine, loco, casu, cui specialiter est lata, non verò in alijs personis, locis, temporibus, casibus, quibus lata non est. Perlege totum caput, lector, & cernes, rem ita se habere, sicut jam dictum est. Alio die, casuque non sicebat Gideoni repetere hoc ipsum sacrificium in eodem loco, sed statim altero die fuit obligatus ad legem *Deut.*

12, 13, 14.

L X V. De tertio petat ex texru, quod Gideon Ophram locum sacrificiorum deinceps constituturus graviter peccaverit, seu ut contextus *Judic.* 8, 27. habet, fecerit, ut fornicatus sit universus Israel, & factum sit offendiculum ipsi & toti domui ejus.

L X VI. De quarto responderetur, quod Manoah itidem primo tantum cibum peregrino dare voluerit, sed postea ex iussu Angeli in petra agri sacrificaverit extraordinariè, versu 16. in signum eorum confirmandorum, quæ ipse ex Angelo de nativitate Simsonis audiverat; unde tale holocaustum in loco extraordinario non licuit

licuit Manohæ reperere. Solitos autem fuisse azymos pares eo-
qui hospitibus, apparet, Gen. 19, 3. & 1. Sam. 28, 24. ne quis ex A-
zymis concludat necessariò sacrificium intelligendum. Verba in
Samuele cum hū prorsus congruantur: Mulier habebat vitulum pasqua-
lem, vel saginatum in domo, & festinavit & occidit eum, & tol-
lens farinam misericorditer eam & coxit azyma, & posuit ante Saul &
servos ejus, qui etū comedissent, surrexerunt & ambulaverunt per
totum innotescere illam. Iam conser ludic. 6, 18. Ne recedas hinc do-
nec revertar ad te portans sacrificium (mactationem, id est, ma-
ctatum aliquid) & offerens tibi. Ingressus igitur Gideon coxit
H O E D V M (sic antiqua translatio legit appositi), Pagninus, ap-
paravit, sed nec coquere nec apparare licuisset Gideoni sacrificium
& de farinæ modo azymos panes, carnesq; ponens in cani-
stro, & IV S C A R N I V M (ergo erant cocta) mittrens in ollam
rulit omnia sub quercu, & obtulit ei. Conser cum hū ludic. 13. ubi
angelus responderet, Etiam si me cogis, non comedam panes tuos,
si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Perinde
se res habet cum Jud. 6.

LXVII. De quinto parer ex 2. Sam. 24, 18. ubi venit Gad
ad Davidem dicens, Alcende, erige Jehovæ altare in area Ara-
nah. Immō hoc fuit principiū mandati de ædificando templo
Salomonis in eodem loco. Quā de re aliās plura.

LXXIX. De sexto responderetur, quod Elias mandatum D E I
habuerit hoc, 1. Reg. 18, 1. Vade ostende te ipsi Achab. Quomodo
ostendere sese debuerit Achabo, hoc jam explicita consequentia,
in quibus Achabitum alloquitur Elias hoc pacto: Congregā ad
me universum Israēlem ad montem Carmelum & Prophetas
Baal, versu 23. Dent nobis juvencos duos, & eligant unum libi,
quam in frusta concidunt, ignem autem non supponant, ego
parabo alterum, Erit autem D E U S qui audierit per ignem, ipse
fir D E U S. Ex his plus quam manifestum est, esse hic D E I
mandatum speciale & extraordinarium de sacrificio faciendo
hac die non nisi in Carmel. Altero die, alio loco & casu istud
speciale mandatum non amplius vel Eliam vel aliū obliga-
bat.

Tabernacu-L XIX. Porro non tantum aream extra sanctuarium consulum à Moysi tra mentem DEI sàpius exportarunt ad alia loca, & in illis locad Salomo- cis sacrificarunt Israëlitæ, verum etiam quo ad tabernaculum nem quor totum (excepta & exenta arca) peculiare aliquid commiserunt, locu fuerit. Postquam arca ex Silo Benjamin in castra adversus Philistinos instructa fuit educta, & in manus hostium traducta, tum, ut appareret, præ nimio metu totum tabernaculum Mosaicum ex Silo minus munita in Nobe & hac destruxta in Gabaon Benjamin metropolis olim Hezorum & magis munitam traduxerunt, & in omni loco, in quo subsistebat diverso tempore etiam sacrificarunt I. Sam. 1. & 21. & 22. & 23. 1. Reg. 4.

L XX. Hæc convenient benè cum ijs, quæ dicuntur Psal. 78. 60. **D E R E L I Q V I T** tabernaculum Sion, tentorium in quo habavit intra homines, & tradidit in captivitatem fortitudinem suam & gloriam suam in manum hostis. Arca siquidem tantum capta fuit, tabernaculum Mosaicum non item, Actamen etsi captum non fuit tabernaculum, tamen in maximo versatu fuit periculo, id quod inde colligitur, quia in Nobe & Gabaon fuit translatum urbem sitam in monte Siluntico ut narrat Adrichomius, satis munitam.

**Salomon sa-
crificat in
Gabaon, ubi
erat taber-
naculum
Mosaicum
sine arca.** In hoc igitur oppido hæsit tabernaculum Mosaicum usq; ad tempora Salomonis. Pater illud ad litteram 1. Reg. 3, ubi versu 4. dicitur, Ibar rex in Gibeon ut immolaret illic, quia ipsum erat excelsum maximum, mille holocausta obrulit Salomon super altare illud, In Gibeon visus est Jehovah ipsi Salomonis, in somnis nocte, dixitq; D E I S, postula quod vis, ut dem tibi. Et ibi instituit Salomon petitionem suam usq; ad versu 15. **S e q u i t u n c .** Cum evigilasset Salomon & en somnum, & venit in Jerusalem, & stetit coram arca fœderis Jehovah, & obtulit holocausta, fecitq; pacifica.

**Salomon sa-
crificat in
Ierusalem,
ubi erat ar-
ca sine ta-
bernaculo
Mosaicum.** Ergo Salomonis tempore sacrificabant in duabus locis, in Gibeon super altare holocausti in tabernaculo Mosaico, & coram arca fœderis, in Hierusalem. Intercedunt inter captivitatem arce apud Philistinos & inter dedicationem templi Salomonici circiter anni nonaginta, Sicut autem antea in Ægypto versantes Patres nulla sacrificia obtulisse leguntur, sicut item tempore

tempore septuaginta annorum in captivitate Babylonica, nec in
Iudæa potuerunt sacrificare, ita his nonaginta annis varie fue-
runt confusiones quo ad hoc negocium.

LXXXIII. Valde autem iratum fuisse his nonaginta annis
DEUM Israëli propter quædam grandia peccata, ideoq; tot an-
nis nullam de arca in hunc vel illum locum cum tabernaculo re-
ponenda responsione edere voluisse, præsertim sub imperio re-
gis Saul, sub cuius diebus arcam requisitam non fuisse docetur. 1.
Par. 13, 3. usq; ad tempora Davidis & Salomonis, non difficulter
colligemus ex Psal. 78. verbis sequentibus: Introduxit eos ad ter-
minos sanctitatis uæ, in montem istum quem acquisivit dextera
eius. Ejecit à facie eorum gentes, & habitare fecit in tabernaculis
eorum tribus Israël: Attamen averterunt se, & prævaricati sunt
sicut patres eorum, propretra dereliquerunt tabernaculum Silo, tem-
torium in quo inter homines habitavit. Tradidit in captivitatem
fortitudinem suam, sprevit tentorium Joseph, & tribum Ephraim
non elegit, Elegit autem tribum Juda, montem Sion quem di-
lexit &c.

LXXXIV. Quin immò tandem David sine dubio ex instinctu
divino, prorsus novum parat tabernaculum præter tabernaculum
Mosaicum, de quo non habebat reducendo divinum responsum,
2. Sam. 6, 17. 1. Par. 13, 2. 3. 4. 5. 6. & 15, 1. 2. & 16, 1. Quid in hac
reductione peccatum fuerit, & in quem locum ad tempus diver-
terit runc arca, pater 2. Saml. 6. Immò videntur annis istis 90.
superius computatis non tantum in duobus, sed & in pluribus ce-
lebris locis, in quibus nec arca nec tabernaculum runc erat sa-
crificasse, scilicet, quemadmodum colligitur ex 1. Reg. 3, 2. 3. quod
tempore Salomonis sacrificari populus in EXCELSIS, quod
non adificata esset domus nomini Jehovæ ad dies illos, in quibus
EXCELSIS Salomon suffiebat.

LXXXV. Tandem autem completo templo Hierosolymita-
no rex Salomon inferri curavit arcam; deinde tabernaculum Ec-
clesiæ Mosaicum, quod tabernaculum cum altari æneo haecen-
mancerat iu Gibeon. Tabernaculum enim Mosaicum cognomi-
nat Scriptura tabernaculum Ecclesiæ, 2. Par. 1, 3. 6. 13. Taberna-
culum verò alterum à Davide factum vocat tabernaculum, quod

D

retendit

retendit arca David 2. Sam. 6, 17; 1. Par. 15, 1. 3. & 10, 1. 2. Par. 5, 5.
Sine dubio aurem tabernaculum Davidicum itidem in conclavia aliqua templi murati à feso redicatum Salomon recondidit. Et tunc redit antiquus status & in uno loco fuere templum, arca, altare holocaustorum, cum haec tenus partim apud arcam extra tabernaculum, partim apud tabernaculum arca destitutum sacrificassent.

LXXVI. Etsi verò ab hoc tempore Authenticam Deut. 12, 13, 14. stricissimè servare decuisset posteros cunctos Israëlitarum, tamen quod ad stuporem usq; miraberis, quemadmodum hactenus per 90 annos, ita polthac creberrimè peccant adversus eandem Authenticam. Alij sacrificant in loco divinitus electo, alijs verò eligunt sibi excelsa, id est, loca non tantum ea, in quibus ante veritate fuerat arca aut manerat tabernaculum, quæ inde sanctitatis cuiusdam axioma contraxisse & sacrificijs digna videri poterant, sed etiam ea quæ ipsis complacebant in quoq; colle sub una quavis arbore vitidi.

LXXVII. Quam profanationem Authenticæ sacræ in imensum auxerunt, postquam decem tribus desceiverunt à jurisdictione regum Juda, cooptato sibimetipsis proprio rege, quia continuò secura fuit consuetudo sacrificandi in pluribus, quam in uno Judææ loco. Hinc sine dubio multi decimas non Hierosolymitanis, sed suis viciniis Sacerdotibus (per totam enim Judæam oppida Sacerdotum, & ita Sacerdotes ipsi sparsim reperiabantur) porrexerunt, & Sacerdotes pleriq; propter lucrum non tam Authenticam Deut. 12, 13, 14; attendere, quam voluntati patronorum obtemperare fatererunt.

LXXIX. Huc pertinent quæ extant 1. Reg. 12, 26. Diximus Jeroboam in corde suo, Nunc revertatur regnum ad domum Davidis, si ascenderit populus iste ad faciendum sacrificia in domo Jehovæ in Jerusalem, converteretur cor populi hujus ad Dominum Rehoboam regem Juda, & me imperfecto revertentur ad Rehoboam regem Juda. Consilio itaq; initio fecit duos virulos aureos, dixirq; ad eos, sufficiat vobis ascendisse in Jerusalem, ecce Dij, cui Q Israël, qui eduxerunt te è terra Egypti, & posuit

unum

unum in Bethel, unum in Dan. Fecit præterea domum excelsorum & constituit Sacerdotes quosdam de populo, qui non erant de filiis Levi, Fecit insuper solennitatem, secundum solennitatem, quæ fusio Sacerdotum post molando vitulis, quos fecerat, & constituit in Bethel Sacerdotes excelsorum, &c. Item 1. Reg. 13, 32, 33. Eveniet id quod exclamavit in verbo contra altare in Bethel, & contra omnes domos exercitorum quæ sunt in urbibus Samaritariorum. Non autem est reversus à via mala sua Jeroboam, (etiam miraculo monitus in eodem capite.) Sed rursus fecit quosdam è populo Sacerdotes excelsorum: qui volebat, implebat manum suam, & erat de Sacerdotibus excelsorum. Et fuit hæc res in peccatum domus Jeroboam, ut extirparetur atque deleretur de superficie terræ.

LXXXIX. Sed & eandem confuetudinem mox arriperunt reges Iudeæ, nec quicquam cedebant in hac superstitione regibus Samaritariorum. Sic enim habet textus 1. Reg. 14, 22, 23, 24. Fecit Iehudah (sub Nadabo filio Rehobeami) malum in oculis Jehovæ, & ad iracundiam provocaverunt eum magis quam omnia quæ fecerant Patres eorum peccatis suis quæ peccaverant. Nam ædificarunt etiam ipsi sibi excelsa, & statuas & lucos super omnem collum excelsum, & subter omnem arborem viridem, fuerunt etiam scorta mascula (*idola Priapeja*) in terra, fecerunt secundum omnes abominationes gentium, quas ejecit Jehova à facie filiorum Israelis. Hæc ibi.

LXXX. Omnidò autem propter contemptam & neglectam Authenticam Deut. 12, 13, 14. factum fuit, quod tandem DEUS hostes exteriores immisit adversus Israelitas, & exterminavit eos de superficie terræ. Non enim potuit hoc malum exterminari nisi per ipsas captivitates Babylonicas. Postea verò cæperunt hanc ipsam Authenticam observare religiosius. Excelsa à themate Hebreo זְהָב dicuntur, quod essent ædificata in locis sublimioribus Ezechiel. 20, 28.

LXXXI. Audi verò paucis lector de hac impietate, quam exercuere continuò reges Samaritani, postquam decem tribus à linea Salomonis defecerant. Catalogus Salomonis successor Roboam regum, qui contra eos filius.

erinam & filius, sed cum durius responderet subditis suis, decem tribus deceptum fecerunt ad Jeroboam olim servum Salomonis filium Nebach Dei de loco Ephrathae, 1. Reg. 11, 26. ad finem usq; & 12, 20.

uno sacrificio LXXXII. Et quia hic Jeroboam inchoavit confusiones sacrarum peccatibus & sacrificandi idolis, siccirco, qui postea in via eam. & peccatis Jeroboam ambulasse scribuntur, illi eandem impuritatem sacrificandi retinuerunt.

LXXXIII. Fecit hoc Nadab post Jeroboam patrem 1. Reg. 25, 25, 26. Basa ex tribu Issachar post Nadabum 1. Regum 15, 33, 34 & 16, 1, 2. Ela filius Basæ, post Basam 1. Reg. 16, 13. Zimri autem post Elam 1. Reg. 16, 19. post Zimrium ipsius Praefectus Omrius, 1. Reg. 16, 23, 24, 25. post hunc filius ejus Achab 1. Reg. 16, 30, 31, 32, 33. post Achabum filius ipsius Ahazias 1. Reg. 22, 52, 53, 54. Post Ahaziam alioquin prius Iehu ex alia linea, 2. Reg. 10, 28, 29, 30. 31. post hunc filius Iehobaz 2. Reg. 13, 2, 3, 6. post hunc filius Iosas 2. Reg. 13, 10, 11. postea Jeroboam, 2. Reg. 14, 23, 24. & filius prioris Zacharia 1. Reg. 15, 8, 9. & alius Menahem 2. Reg. 15, 17, 18. Erimis & filius prioris Pecajah, 2. Reg. 15, 23, 24. & Peca 2. Reg. 15, 27, 28, & Olea 2. Reg. 17, 1, 2. sub quo totum regnum Samaritanum interierit divinitus immisso vindice rege Assyriæ. Fecerant enim sibi excelsa in cunctis urbibus suis à turre custodium.

LXXXIV. Audi etiam lector de altera linea Iudeæ, quæ Hierosolymis continuò regnavit citra interruptionem quam prior linea ab extraneis, ab hoc Judæ tribu sapè patitur. Ergo sub filio Salomonis Roboam impio excelsa statuas, lucos fecerunt Judæi, 1. Reg. 14, 21, 22, 23, 24. In partis istius sui peccatis etiam filius Abiambulavit 1. Reg. 15, 1, 2, 3. Abiæ filius Asa fecit quidem quod rectum erat in oculis Jehovæ, & abstulit universa idola de terra, EXCELSA autem non sustulerunt (initio) subditi, 1. Reg. 15, 14, 2. Par. 4, 5.

LXXXV. Ejusdem filius Iosaphat fecit quod rectum erat in oculis DEI, veruntamen excelsa non removerunt (initio) adhuc populo immolante & suffiente in excelsis, 2. Reg. 22, 44. Istius filius Iehoram 2. Reg. 8, 16, 17, 18. ambulavit per viam regum Iudaë, quemadmodum fecerat domus impia & idololatrica Achab, fecitq;

fecit; malum in oculis Jehovæ. Idem fecit filius istius *Ahaba*,
2. Reg. 8, 27.

LXXXVI. Successor *Iosas* fecit rectum vivente Jehoada sacerdote; veruntamen excelsa non recesserant, adhuc populus immolabat & luffiebat in excelsis istis, 2. Reg. 12, 2. 3. Idem narratur de ejus quoq; filio *Amasia*, 2. Reg. 14, 1. 2. 3. 4. Idem de pio *Azaria* seu *Ozia* filio *Amasis*, 2. Reg. 15, 1. 2. 3. 4. idem de Azariæ filio *Iotham* 2. Reg. 15, 35. Successor & filius ejus *Achaz* supra reliquias impietates, excelsa & alia etiam filium suum traduxit per ignem & luffivit in excelsis & collibus super omne lignum viride, 2. Reg. 16, 1. 2. 3. 4. Impius Achazi pius filius *Ezechias* sustulit omnia excelsa, statuasq; contrivit æneum serpentem Mosis, cui ad illum usq; diem suffierant filij Israëlis, 1. Reg. 18. & dixit suis subditis, coram altari uno adorabitis. & super illud sufficietis, id quod Ethnicus homo de Ezechia audierat & pronunciat 2. Par. 32, 12.

LXXXVII. Pientissimi Patris impientissimus filius *Manasse* instauravit excelsa à Patre destructa, erexit altaria Baal, aras universæ militiae coeli in ipsis atrijs domus Iehova, 2. Reg. 21, 3. 4. 5. Manasse filius *Amon* per omnia patrem impium fuit æmulatus. 2. Reg. 21, 19. 20. 21. 22. Impij Ammonis pius filius *Iosias* pius suum abavum Ezechiam per omnia imitatur 2. Reg. 23. à quo filius successor *Iehoahaz* recedit 2. Reg. 23, 32. ut & alter *Josias* degener filius Iehoakim vel Eliakim ibid. 37. & hujus Eliakim filius Iehoiakim vel Eliakin ibid. 37. & hujus Eliakim filius Iehoiachim 2. Reg. 24, 9. & patruus istius Iehoiachim, 2. Reg. 24, 19. ubi Jerusalem perit, politia destruitur, populus jam tandem omnis in captivitatē adducitur. Sicut enim Israël decem tribus, ita residuae duas tribus Juda & Benjamin non obseruant natura, Abhorruit igitur Iehova ab universo semine Israëlis, & tradidit eos in manum diripientium, donec projiceret eos à facie sua, 2. Reg. 17, 19. & seqq. Sicut prædixerat per manus omnium servorum suorum Propheta rum.

LXXXIX. Etsi verò in excelsis non Diabolis sed DEO DEO, non sacrificabant, sicut dicitur 2. Par. 33, 17, de tempore conversi & diabolis reducti Manassis, quod abstulerit Deos alios, reparaverit altare sacrificabant Iehovæ, & immolaverint super illud victimas, præceperitq; ipsi in excelsis

Jehovæ, ut servireret D E O Israëlis, ATTAMEN' ADHYC PO-
PVLVS IMMOLABAT IN EXCELSIS DVNTAXAT IE-
HÖVÆ DEO SVO. Erant autem hi mores prorsus contra-
Authenticam Deut. 12, 13. 14. ab Ethniciis derivati, apud quos ex-
celsa erant in usu Esa. 15, 2. & 16, 12. & tam altè seu profundè in-
sidebant huic populo.

LXXXIX. A templi Salomonici dedicatione usq; ad de-
structionem ejus per regem Bab. fastam intercedunt circiter anni
415. aut inter Mosis (Authenticam Deut. 12. prolocuti) mortem,
& inter destructionem templi jam dictam 860 anni, & in istis an-
nis quam horribiliter fuerit eadem Authenticam contaminata, vio-
lataq; ex hoc jam allegato Catalogo estimare etiam pueri fuerit
plus quam promptissimum.

XCI. Quid igitur errorum suorum conera divinas Authenti-
cas præscriptiones adversus nos urgent Pontificij, quid erranti-
um summorum Pontificum & Ecclesiæ moderatorum istorum
Tyrannicorum successionem interruptam? Si extarent historiæ
ab Adami primo sacrificio usq; ad Mosis primum sacrificium,
utiq; contra D E I etiam primævam ordinationem in hoc capite
grandissima contemplatur esse munus quædam ~~ad~~ ~~ad~~ ~~ad~~ ~~ad~~ ~~ad~~. In
nostris igitur Ecclesijs stare pergeamus à solo puroq; verbo D E I,
& nihil morabitur Coryphaorum Pontificiorum argumentatio-
nes adversus veritatem illas, quas nectunt majore suo Spiritu
quam pondere ex sacris literis aliquo.

XCI. Etiam hi reges posteriores de Israël & de Juda potue-
runt Propheticis viris (Authenticas divinas urgentibus) objicere,
quinam intra 200 aut 300 aut 400, immò 600 annos, & inde
ab initio promulgati oraculi Deut. 12, 13, 14. tām rigidè interpre-
tati sint sensum D E I, annón inde ab initio mundi non semper
unus præcisè servatus fuerit sacrificiorum locus. Sed hæc obi-
ter.

unter Ethni. XCII. Cæterū si D E U S iratus fuit intra terram Chanaan,
seu Palæstinam istis ex populo suo, qui intra terram Chanaan non
sacrificarunt in loco divinitatis ad hanc rem deputato, quid puta-
bis, pie lector sentiendum esse, quid promittendum istis Ethniciis,
qui auctore Satana tantum ritum premilicuś introduxerunt alibi
cumq;

eumq; contaminatissimum reddiderunt in omnibus partibus orbis terrarum , de qua re plurima colligi possunt ex Lili. Gregorij Gyraldi Deorum gentilium historia , & ex Mythologia Natalis Comitis.

XCHI. Sacrificatum fuit apud Græcos, apud Ægyptios, apud Romanos, apud Persas, apud Scythas, apud Gallos, apud Indos, apud Africanos, apud Cyprios, apud Cretenses, apud Lusitanos, apud Germanos, apud Cimbros, apud Gothos & Sueones, in insula Thule, apud Scotos & Britannos, in insulis per Hispanos inventis, unde apud Historicos horum populorum, apud Poëtas & alios veteres creberima sunt mentiones sacrificiorum.

XCI. Qua de re si somma saltem capita delibare & proponere liberet, integra esset conscribenda disputatio vel potius prolixa oratio, aut potius ingens Commentarius. Nos brevi unoq; verbo rem totam expediemus, sacrificiaq; ista omnia nec divinitus præcepta, nec in honorem D E I oblata fuisse, nec D E O placuisse, probamus ex illo Apostoli dicto, quod extat 1. Cor. 10, 20. Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non D E O.

XCV. Restat nodus unus solvendus, tum de templo quod Hierosolymitano simile in Garizim juxta Sichem tunc Samariæ caput ædificavit Sanabætes, apud Joseph. lib. 11. antiquit. cap. 8. in quo Manassen generum suum alioquin filiam ipsius alienigenam juxta Judæorum monita deserturum pro summo Pontifice insticuit, ad quem etiam alii Sacerdotes alienigenarum mariti confugerunt, idq; circa annos Alexandri Magni, tum de altero, quod Onias filius Onias p iij statim post mortem Judæ Maccabæi, apud Joseph. lib. 13. cap. 6. & 7. tempore Antiochi fugiens ex indulitu Ptolomæi, etiam ad similitudinem templi Hierosolymitani in Heliopoli, urbe Ægypti extruxit, quod duravit annos 333, in quo omnes ritus & sacrificia exercebantur.

XCVI. Sed de templo Garizim res est satis plana, præsertim cum spectatur eius auctor non D E U S, sed homo Ethnicus Sanabæter, morus filiae suæ statu. De altero autem res esse intricior non admoniris videbitur, siquidem Onias Esaiam Prophetam instituto suo accommodavit. Sic autem scribit Esaias cap. 19. v. 19. In die illa erit altare ipsi Jehovæ in medio terra Ægypti.

27. Verum

XCVII. Verum enim verò in toto illo 19. capite Esaias prophetat partim de pena Agyptijs infligenda, partim de liberatione ipsorum à pena & conversione ad verum D E U M Israëlis, & de expectatione & cultu Messia Domini, ita ut unum altare, hoc est, cultum divinum cum vera Ecclesia sint habituri Agyptij.

XCIIX. Hanc sententiam etiam tunc veram esse judicavit REX Proloemæus cum sorore & conjuge (Cleopatra) quia sollicitanti Onias indulgentiam pro novo templo intra Agyptum & difiendo respondit, ita ut peccatum & prævaricationem legis à se in Onias caput rejiceret. Sic enim inter alia rescribit Onias : Sane miratur, si poterit acceperum esse D E O templum statutum in impuro loco & pleno animalibus. Sed quoniam ait, Propheta Esaias jam olim hoc prædictissime, permittimus tibi hoc, quatenus potest. Salvâ legis observatione fieri, ne videamur per hoc peccare in Dominum. Hæc rex.

XCI X. Sed & Josephus lib. 7. c. 30. belli Judaici tale de hoc templo Onias profert judicium : Non hæc Onias sanâ voluntate faciebat, sed erat ei contentio cum Judæis apud Hieropolypoliā, quoniam de genitibus propter fugâ memorem rem iracundiam &c. &c.

F I N I S.



94 A 7382




Sb.

VD 17

21,7.998d.

Farbkarte #13



34
DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM
DE
SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRI-
STI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

Adversus recentiores Arianos seu Photinianos, Satisfactionem CHRISTI omnem pernegantes

SEPTIMA,

Quod sacrificia nunquam simul & semel in pluribus, sed
semper in uno loco tantum ordinari, & quidem non nisi in loco divini-
tus ad hanc rem specialiterq[ue] deputato celebrari debuerint.

Q U Ä

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo Arcis
ad d. 7. Junij, Anno cī 15 cxv. in inclusa VVitteber-
gensium Academia habebit,

PRÆSIDE

VWOLFGANGO FRANZIO, S.S.
Theologiæ Doctore & Profess. Publico

RESPONDENTE
M. MARCO MATTHÆO, Witeb.
Facultat. Philosoph. Adjuncto.

VVitteberga, Typis Johannis Gormanni.

